

Auf der Rückseite ist bemerkt:

In nomine domini amen. Noverint universi praesentis instrumenti seriem inspecturi, quod ego Johannes Stütz de Czerwist clericus Brandenburgensis diocesis sacra imperiali auctoritate notarius publicus infrascriptus ad singulare mandatum ac legitimam requisitionem reverendi in Christo patris et domini domini Johannis episcopi Merseburgensis retroscriptam citationem burgimagistris proconsulibus et consulibus totique communitati opidi Lipczensis Merseburgensis diocesis contra et adversus Henrich et Frantzen Kudorffe necnon Margharetam relictam Nicolai Hotret auctoritate ordinaria per ipsum dominum episcopum praefatum decretam factam et emanatam praedictis Henrich Kudorffe et Margharetae ac aliis quorum interest notificavi ipsis eandem citationem in domo propriae habitationis in opido Asschauensi Halberstadiensis diocesis prope novum cellarium eiusdem opidi situata insinuavi et cum eadem ipsos personaliter requisivi eisque copiam ausschultatam tradidi et in dicta domo reliqui, nec non in signum maioris executionis insinuationis et notificationis ecclesiam parrochiam beati Stephani opidi Asschauensis praefati accessi et ipsam citationem originalem cum ipsius copia ausschultata valvis seu portis eiusdem ecclesiae, sicut itur ad memoratum cellarium et ubi maior multitudo tempore divinorum intrare et exire consuevit, affixi et taliter affixam divinis inibi quasi perdurantibus permisi, tandem eam deponendo ad me recepi et copias ibi affixas dimisi. Acta sunt haec anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto indictione duodecima die vero vicesima secunda hora tertiarum vel quasi mensis Augusti pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia papae quarti anno quarto locis quibus supra, praesentibus ibidem discretis viris Johanne Kaldenbargh, Johanne Hessen et Nicolao Michaelis clericis Maguntinensis et Brandenburgensis diocesium testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

Et ego Johannes Stütz clericus Brandenburgensis diocesis publicus  
 Signum notarii. sacra imperiali auctoritate notarius etc.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 184. 1434. 29. Aug.

*Graf Heinrich von Schwarzburg bezeugt, dass gelegentlich der Verhandlung zwischen den Kudorfen und denen von Leipzig am 22. Febr. 1429 vor geschehenem Spruche beide Parteien gelobt haben, den Anlassbrief (No. 164) aufrecht zu erhalten.*

Wir graue Heinrich von Swarczborg, herre zcu Arnstete vnde Sundirßhusen bekennen mit dißem offin briue vnde thun daz kunt allen luten, die dißin vnsern offin briff sehen addir horen lesen. So also die gestrengen vnde ersamen Kerstan von Wiczeleybin der eldere nū gotisseliger, Heinrich von Germar der eldere, Heinrich Bose, Heinrich von Bunouw zcu Thiechern, Hennyng Strobot zcu der zeit houbtman zcu Halle vnde Lucas Waltheym eynen teyding begriffin vnde uffgenommen haben zcu Wissenfels zewusschen den gestrengen vnde ersamen Gunther von Bunouw marschalke, Conrade Thunen, Hanse von Koburg voite zcu Lipczigk,